

S. pl. De silentio diuturniore nimis accurate te excusas ad me, qui ex simili impedimento et ipse tibi scribo rarior. Modo itaq; de fide et benivolentia nobis constat, fungamur sane hoc officio, cum res nostrae & occupationes permittunt. In transmittendo Catechesin aui nri p. m. en tibi satisfacio, nec dubito, quin cum usus ea satis fueris, librum mihi redditaris sis, cum aliud eig exemplar no habeam. De Dudithij epistola, cuius particula suis ad te dn. Lauaterus miseruit, exemplum etiam mihi ad manus est, quod inter alias chartas aui reperi iam dudum, nec dubito, quin aui illa perlegerit. Ad locum autem illum, de quo dn. Lauaterus tuam snham perquirat, ad marginem patris mei p. m. manu adscripta ista verba reperio: [Imo a parente meo ego saepius audivi, Licet Symboli istius Athanasius no esset auctor, nihilominus sacris litteris illud esse consentaneum. Ideoq; ad rem potius ipsam, quam ad nomen respiciendum esse. Hae, uti indicavi, dn. parens meus.] Ceterum ipse et an aliquot anos cum illam Dudithij epistolam perlegi, diligentissime in scriptis aui perquisivi, si forte quem locum de Symbolo isto reperire in illis possem, qui Dudithium impulset, ut Camerarij auctoritate palliaret opinionem suam, sed nihil tale mihi occurrit proxus. Inter alias autem doctorum virorum Epistolas ad dn. parentem meum quamplurimas, quas penes me adseruo, Fr. Junij de eadem hac re scriptam hanc, quam hisce meis inclusi, inueni, quam tecum communicare volui, sed ea lege, ut propediem mihi remittas. Quid autem Junio dn. parens meus responderit tum, nec ego vnq; ex ipso intellexi, nec hactenus, an Junius aliquid con Dudithiana scripserit, inquirere studui.

Hoc ex narratione viri fide digni, et qui per  
multos annos Dudithij domesticus fuit, satis mihi  
constat, vehementer permittisse Dudithium postea  
illius scripti, & scripti optasse, propterea illud est memo-  
ria hominum exstirpatum est. Ipse est sic  
iudico, longe potius, ut haec talia sepeliantur,  
potius, quam agitentur, quod illo pacto nihil  
effecto, hoc v. plurimum nocent. Et Dudithij  
aliq. summa eruditio, prudentia & auctoritas  
eiusmodi est, ut magnum eius nomen studiosè  
viri docti celebrare debeant. Sed de his iam  
satis, de quib. tibi com. plura possem te docere  
accuratius, quod aliquando, ut spero, com. diu  
futurus est. De loco cui in praefatione Xenoph.  
relata est coniectura tua, & illum ex editione  
Parisienti Wecheliana exscripti, hisq. includi,  
ut vides. Huc scriptum, cum mihi pervenisset  
eem, Legatus profecturus ad Conventum  
Electorum ad Rhenum. B. V. mi. consobrine,  
& nos ama. Heidebb. 25. Junij. 1607.

T. Ex. a. d.

Lud. Camerarius.